



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

28. Dies Decembris. Herodes persequitur parvulum: sed stellæ
obsequentis fulgor declarat Deum. Gaudentius serm. 19.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

1044 *Christiani Militis* Decemb.
tritur, & crescit adversis Amor : & ingruentia mala,
in tuam laudem vertit. Non volo, ô Amor meus, im-
mori rosis! dum cerno duras tuas, quibus incubis,
stipulas : non placet mihi, mors pallida in plumis, ex-
cipienda : opto potius vel fumosam, inter ignes : vel
cruentam, inter enses. Non subtraho me iustibus tuis,
ô blande Puer : mihi eris blandus, etiam dum in me
fueris sacerdos : fieri, quam lubet : quia volentem per-
cutis.

Per Castra, & rastra, ignem, & ferrum, tendis ad astrum.

28. DIES DECEMBERIS.

Herodes persequitur parvulum ; sed stellæ obsequen-
tis fulgor declarat Deum. *Gaudentius serm. 19.*

Amor I.
Christi in
nos.

PArvulus ille Regulus, ut vel tunc
multos haberet sui Regni han-
des permisit, ut in parvulos fer-
rum stringeret Herodes : ut per
Herodem infantium sanguine, suam perficeret lau-
dem: Voluit vix natus, docere viam ad cælum, hoc
est, ad terram illam fluente in lacte, & in melle, non elle
lacteam, sed cruentam, dum tot infantium voluit
effundi cruorem. Hi parvuli, dum fuerunt primi
Martyrum, aliis omnibus signum extulerunt ad
Martyrium. Sed, dum Herodes, Christum, ut morta-
lem hominem persequitur : Deum immortalem de-
clarat stella fulgens, dum illi obsequitur. Vel sic mun-
do se prodidit mundi victorem, tot, quæ pro illo ce-
ciderunt victimis. Parvulus ille Pontifex, non hirco-
ruin, vitulorum : sed parvolorum infantium sanguine
voluit sibi litarer : postea suum, ut Patri litarer, copio-
sissime effusurus. Ut tu cadas talis Christo hostia: elo-

decemb:

Tessera.

1045

tui ipsius hostis. Ut Herodes in alios : sic tu, in te plurimam saevias. Ut sis Divini Infantis dignus amore, non odio: noli te amore prosequi, sed odio persequi. Sicut Herodes plus Infantibus profuit odio, quam profuerit obsequio: ita & tu plus tibi proderis, si fueris tui osor, quam cultor: tibi ipse, tuis in te officiis officies. Nimia in corpus indulgentia, est in animam extrema saevitia: hujus es tortor, dum illius est fautor.

II. Age, & vide: an non tantum mereatur, in plurimis plurimum de te bene meritus Deus-Infans. Sic te amavit, ut licet fueris extremè ingratus: nihil tamen feciùs tibi agat gratias, pro illis, quæ ei debes: ac si illius, quæ tibi confert munera, essent totidem, quibus tibi obstringitur debita. Eo modo peccata tibi remittit, ac si plurimis à te fuisset affectus beneficiis: quasi peccati remissio, esset remittendi obligatio. Bonâ tua opera sic remuneratur: ac si ad illa, nihil ipse contulisset: quasi tua merita essent tui solius operantis industriae, non ipsius cooperantis gratiae. Eo denique modo: qualiacunque officia tua compensat: velut post acceptas à te multas injurias, plura ei beneficia contulisses? Potuisse Christus plura vel facere, vel pati pro sua ipsius salute, quam pro tua? Plura ramen amore tui facere, & pati non modò paratus, sed promptus fuisset. Audi, quid ipse olim dixerit D. Brigittæ: (a) *Dilectio, inquit, mea erga hominem, modo æquè grandis, atque incomprehensibilis est, sicut erat tempore Passionis meæ, quando per mortem meam ex nimia charitate liberavi omnes electos meos. Etsi fieri posset, ut toties morerer, quot sunt antem in inferno: ego promptissimè voluntate, & perfectissimè*

Vuu 3

chari-

(a) L.7. Revelat. c. 19.

1046 *Christiani Militis* Decemb.
charitate corpus meum traderem, eandemque Passio-
nem, & mortem, pro qualibet anima sustinerem, quam
sustinui pro omnibus.

III. Vis plura de amore Jesu in te? Audi, & stupe.
Christus animam unam suā dotaram gratiā, impen-
sius diligit, quām sanctissimam Trinitatem omnes si-
mul cælites. Tanto in Deum amore accentu fuit ali-
quando Catharina Senensis; ut aliquando præ ejus
vehementia, animam exhalarit; & ad quatuor horas
exanimis jacuerit. Si talis est amor unius hominis in
Deum hīc in exilio; qualis est amor sanctorum simul
omnium, & quidem Deum in gloria facie ad faciem
videntium? Pluris tamen incomparabiliter Christus
amat unam unius hominis animam. Ipse profectò si
Homo factus; tam benè affectum corpus, & à mor-
bis omnibus immune non habuisset; animæque sen-
tientis cupiditatibus habenas laxasset affectuum, ex
voluntatis ardore erumpentium; copia, amorisque in
animo flagrantis vis ingens, vitam ei etiam Infantii in
præsepio jacenti eripuisse, perpetuò quodam mira-
culo supra triginta annos propagatam. Quid igitur,
pro immenso in te amore jam superest; quām, ut to-
rum, omnibus & corporis, & animæ viribus te ei
consecres? Quid dicam tibi? Ó Jesu! quām, ut diciā
me voluisti, & docuisti? fiat voluntas tua? quod tibi
placet, approbo; sententiæ tuæ concordo; quod ne-
gas, dimitto; quod das, accipio; quod infligis, fero. Ad
omnem voluntatem tuam cereus occurro. Hac in
corde meo regnet, mea in exilium exagatur. Omnia
non meo rogatu; sed tuo nutu eant; tui arbitrii spon-
te, ac libens cuncta facio. Vitam mihi, ut voles, pro-
fer, vel contrahe; morbos pelle, vel ingere; opes cu-
mula,

b.
so-
am
pe.
en-
si-
ali-
jus
ras
s in
mul
em
lus
ò si
or-
en-
ex
eia
in
ra-
ur,
to-
eei
cià
ibi
ne-
Ad
in
nia
na-
O-
u-
la,
Decemb.

Tessera.

1047

mula, vel accide; negotiis meis successum promote, vel everte; Amores, erga me hominum excita, vel o- dia permitte; sapientiam, famam, eruditionem, fa- cundiam adde, vel deme. Nihil jam horum precor, vel deprecor; sit, quodcunque voles. Amorem tui solùm, cum gratia tua mihi dones, & dives sum satis: nec aliud quidquam ultrà posco.

Unum, Christe peto, misero me surripe leto.

29. DIES DECEMB.

Cùm nascitur Christus; oritur origo rerum. *S. Chry-*

sologus serm. 148.

Christi I.
perfectio-
nes.

Christus, qui, ut Deus in sinu Patris in principio erat Verbum; qui, & in tempore, in principio creavit cœlum, & terram, est rerum omnium origo, à qua una omnia oriuntur. Outinam! sicut ipse est origo omnium terum; ita sit & origo omnium nostrarum actionum! Imò, sicut ipse est non modò Alpha, hoc est principium; sed & Omega, id est finis: sic & idem sit omnium nostrorum; & à quo ordiamur, principium, & propter quem agimus, finis operum. Et ad quem potius referemus omnia, quam ad Je- lūm? in quo, ex quo, & per quem sunt omnia; cùm, quæ singula, Amorem excitant; in eo copula sint universa. In illo est cœlorum puritas, siderum harmonia, solis niter, imbrium fæcunditas, florū pulchritudo, silvarum amoenitas, camporum u- bertas, picturarum elegantia, musicæ dulcedo, gemmarum virtus, palatiorum splendor, urbium maje- stas, templorum magnificètia, munitionum robur, exercituum potentia, epularum oblectatio, ludorum

Vuu 4

jucun-